



**Acta sanctorum**

quotquot toto orbe coluntur, vel a catholicis scriptoribus celebrantur, quae  
ex Latinis et Græcis, aliarumque gentium antiquis monumentis

Quo dies nonus et decimus continentur

**Bolland, Johannes**

**Parisiis et Romæ, 1925**

De S. Probo Episcopo Ravennate Commentarius Praevius

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72556](#)

A

D

## DE S. PROBO

EPISCOPO RAVENNATE

H. D.

SAEC. III-IV

## COMMENTARIUS PRAEVIOUS

*S. Probi  
huius  
nominis  
primi*

1. De episcopis Ravennatis in opere nostro sermo fuit quoties unum eorum fastis sacris inscriptum nacti sumus, et ultimo loco ubi de S. Aderito, qui S. Apollinari successoris perhibetur, multa concessit Perierius noster (1). Proinde quae decessores nostri non semel attigerunt, breviter expedienda erunt, ut de solo Probo, qui primus est huius nominis, septimus vero in ordine episcoporum, dicamus. Paucissima sunt quae de eius historiis colligi possunt tum ex Agnello, in Libro pontificali ecclesiae Ravennatis, tum ex Vita S. Probi, quae potius reliquiarum inventionem et translationem enarrat, tum praecipue ex homilia, cuius apographum nacti sumus in codice bibliothecae Vallicellanae H. 8. I, fol. 345-47. Hanc enim, quoniam sancti gesta omnino prætermitti et solis laudibus constat, prorsus negleximus.

*elogium ex Agnello;* 2. Ceteris aetate praestat Agnillus (2), cuius verba accipe, e celebri codice Estensi, cum Vita Probi collata.

De sancto Probo.

Probus VI, mitis et pius, clarus et in specie<sup>1</sup>, fulgidus in opere, sapiens eloquii, prudens corde, plenus gratia Spiritus sancti. Quicunque languidus ad eum venire potuerit, suis orationibus salvis revertebatur, quacumque<sup>2</sup> fuisse infirmitate detentus. Et spiritus immundos expulit atque catervatim<sup>3</sup> corpora sauciata vel dissoluta solidabat. Postquam sue ad occasum vite<sup>4</sup> angelica conspergit agmina, statim elapsa est de corpore anima quatuor idus novembrios. Deinde cunctus lugendo populus cum nimia corpus eius reverentia sepelivit, et sepulchrum ipsius apud nos veneratur usque in presentem diem; et illius ecclesia sita est in partibus orientis. Et in nullis<sup>5</sup> ecclesiis infra civitatem Ravennae Classinve missa super populum celebratur nisi in ista sola. Edificata est iam dicta basilica iuxta ardiam beate Eufemie que vocatur Ad Mare, quam<sup>6</sup> nunc demolita esse videmus. Sed autem annos... menses... dies...

<sup>1</sup> Vita Probi; et in spē cod.; corrupta esse ex aspectu censet A. Testi Raspone. — <sup>2</sup> quocumque cod. — <sup>3</sup> catervatim Vita Probi; catervatum cod. — <sup>4</sup> vita cod. — <sup>5</sup> ullis cod. — <sup>6</sup> qua cod.

eiusdem 3. Probum sexto loco non quidem in serie sed

post S. Apollinarem collocat Agnillus, et quae basilica et festum.

de eo enarrat solis expressa sunt tritis et communibus sententiis, ita ut palam sit nullam historiam ab eo inventam esse nec quamlibet auctoritatem — ita ille in Exuperantio XIX — ipsumque Probi Vitam ex ingenio quidem sed tamen « sine mendacio » componuisse. Diem obitus ex usu liturgico ecclesiae Ravennatis accepit, utique si decimus novembris non potius dedicationis ecclesiae Probi anniversarius est, ut censuit vir doctus qui Agnellum ultimus edidit (3). Quod equidem negare non ausim. Id tamen notandum existimo, e silento martyrologii hieronymiani, quod praeter Apollinarem, Eleucadium et Severum, nullum ex episcopis Ravennatis inter sanctos recenset, nequaquam deduci Probum antiquis fastis inscriptum non fuisse. Ceterum ecclesiam, quae Sancti Probi nuncupata est, Probi basilikam seu Probianam primum dictam fuisse a conditore, non vero a patrono, quemadmodum Petriana a Petro, Ursiana ab Urso, probable existimo. Proinde non a Probo illo nostro, qui pace ecclesiae nondum restituta sedil, sed ab altero cognomine, qui quartus decimus cathedram Ravennatem ascendit, condita sit oportet. Corpus autem huius, non vero illius Probi cum ceteris sanctorum pontificum corporibus in eadem bene locavit Maximianus episcopus (516-556), qui et in fronte ipsius ecclesiae beatorum Probi et Eleuchadii et Caloceri effigies tessellis variis decoravit (4). In eadem ecclesia altos episcopos sepultos fuisse Aderitum, Datum, Liberium, Agapitum, Marcellinum, ut assurant quidam, suis locis notavit Agnillus; de Proculo dubitat: ambiguitas est mihi utrum in basilica beati Probi sit conditus an in sancti Eleuchadii confessoris. Porro Probi ecclesia erat in Classe, non longe ab ecclesia beati Apolenaris quasi stadio uno (5), iuxta narthecem Sanctae Euphemiae Ad Mare, fuitque, quandiu episcopi sedes in Classe remansit, ecclesia cathedralis (6). Saec. VIII ad finem ver gente, Valerius episcopus super altare S. Probi ciborium exfraxit (7). Sancti autem corpus saeculo decimo in urbem translatum est (8). Ecclesiae Sancti Probi vestigia nunc delela sunt.

4. Tempus a Probo episcopo exactum ignoravit Agnillus, idque ingenue fassus est, vacua formula utendo, neque quo saeculo vixerit indi-

Temporum ratio.

(1) Act. SS., Sept. t. VII, p. 398. — (2) De Agnello lege D. GIANI, Alcune osservazioni su la cronologia di Agnello Ravennate, in Studi Storici, t. VII (1898), pp. 399-409, 461-79; F. LANZONI, Il Liber Pontificalis Ravennate, in Rivista di scienze storiche, t. VI (1909), pp. 345-70, 425-64, 571-92; A. TESTI RASPONE, Note marginali al Liber Pontificalis di Agnello Ravennate, I-III, Bologna, 1909-1911. A cl. auctore, qui Agnellum novis curis edere aggressus est (Codex pontificalis

ecclesiae Ravennatis, t. I, Bologna, 1924), prima libri folia iam typis excusa, benigne transmissa sunt. Viro reverendissimo doctissimo gratias quam plurimas referimus. — (3) TESTI RASPONE, Codex pontificalis, p. 29. — (4) AGNELLUS, in Maximiano, TESTI RASPONE, p. 199. — (5) AGNELLUS, II, in Aderito. — (6) Cf. F. LANZONI, San Severo vescovo di Ravenna nella storia e nella leggenda, t. I (Bologna, 1911), p. 15-23. — (7) Vita S. Probi, 5. — (8) Vita S. Probi, 6. -cavit

AUCTORE  
H. D.

cavil. Sententia eorum qui censent cum Amade-  
sio (1) Probum anno circiter 142 electum esse, an-  
nos 33 et amplius sedisse, anno tandem 174 obiisse  
nulla videtur confutatione indigere, cum talium  
computationum iam labefactatum sit fundamentum,  
videlicet S. Apollinarem S. Petri discipulum fuisse.  
Nunc enim cordatus quisque fatetur primum  
Ravennalem episcopum non sacerdotem I sed II  
exeunte vel III floruisse (2). Si igitur rem ex  
communi vitae humanae spatio iudicabimus, sace-  
III senescente vel IV nondum adullo Probus sedis-  
se dicendus est.

Codices  
Vitae  
S. Probi.

5. Vitam S. Probi (BHL. 6946) habemus in  
tribus codicibus, qui sunt:

**E** = Codex Estensis seu Mutinensis V. F. 19,  
membraneus, foliorum 99, 6<sup>m</sup>.29 × 0,225, binis  
columnis saec. XIV exaratus, Codex pontificalis  
pontificie ecclesie Ravennatis, non semel ex-  
cusus (3), cuius haec pro nostro instituto praeci-  
pua sunt: (fol. 2<sup>o</sup>-33<sup>o</sup>) Agnelli Liber Pontifi-  
calis ecclesiae Ravennatis; fol. 55<sup>o</sup>-57: Vita  
B beati Probi archiepiscopi Ravennatis. Qui liber  
exscriptis miram ubique adhibet scribendis formam,  
maxime in uso consonantium, quas nunc  
simplices nunc duplices pro libitu ponit: dis-  
oluta, occassum, solla; scribit et cumspexit, cum  
sortiis, cumsilio, prefactus et alia similia que  
alibi collecta reperies (4). Ad normam ea facili  
reducimus.

**R** = Codex Vaticanus latinus 1190, membra-  
neus, foliorum 264, 0<sup>m</sup>.38 × 0,282, binis col-  
umnis saec. XII exaratus (5). Vitae sanctorum  
per annum legendae, et, fol. 189-93: Vita S. Pro-  
bi confessoris. Deest initium, seu nominis inter-  
pretatio.

**B** = Codex Bruxellensis 8936-38, e Collectaneis  
Bollandianis mensi novembri paratis. Fol.  
210-211: Vita S. Probi Ravennatis episcopi;  
acceptimus a P. Joanne Gamans S. I. Vita autem  
exscripta est ex Bodeensis Coenobii <Can.>  
regularium S. Augustini Passionali pergamt. ms.  
insigni mensis novembries, quem librum deper-  
ditum esse dolemus (6). Eadem que R. enarrat B,  
tisdemque verbis, brevius tamē stiloque simpli-  
ciore. Selectas huius codicis lectiones adduximus.

Solo codice Estensi unus est Muratorius, qui  
Vitam primus edidit integrum, et ceteri qui ex-  
cerpta ex eadem protulerunt Mittarelli et Pererius  
noster (7). Nos codices R et B in adiutoriorum ad-  
vocamus, ut libelli orationem intricatissimam et  
perperam traditam, quantum fieri potuit, plena-  
nam reddere conemur.

Translatio  
reliquia-  
rum sub  
Petro;

6. Tribus constat partibus Vita S. Probi, nisi  
homiliam (c. 12) illam potius dixeris. Prior est  
brevissima, quae collectoris Vitarum SS. episco-  
porum Aderiti (8), Eleucadii (9), Caloceri (10),

(1) I. A. AMADESI, In Antistitum Ravenna-  
tum chronotaxim disquisitiones perpetuae, t. I  
(Faventiae 1783), p. xci. — (2) G. ZATTONI,  
Il valore storico della Passio di S. Apollinare,  
in Rivista storico-critica, t. II (1906), p. 684-87;  
F. LANZONI, Le fonti della Leggenda di Santi  
Apollinare di Ravenna (Bologna, 1915), p. 23.  
— (3) Recentius ab O. HOLDER-EGGER, in  
M.G., Scr. rer. Langob., p. 265-70; recentissime  
ab A. TESTI RASPONI edi coepitus. Supra, p. 475,  
annot. 2. — (4) M.G., t. e., p. 266-67. — (5) Ca-  
tal. Lat. Vatic., p. 34. — (6) Anal. Boll.,  
t. XXVII, p. 337. — (7) Act. SS., Sept. t. VII,

pp. 401-402, 403-404. — (8) BHL. 80. — (9) BHL.  
2449. — (10) BHL. 1533. — (11) BHL.  
6959. — (12) BHL. 4908. — (13) Petrus quartus  
iunior etiam nuncupatur in instrumento  
 anni 955, < FANTUZZI >, Monumenti Ravennati,  
t. I, p. 93. De ratione computandi cf. TESTI  
RASPONI, t. e., p. 93-94. — (14) Annales Camaldulenses, t. I, p. 102. — (15) Rerum itala-  
rum scriptores, t. I, 2, pp. 554, 555. — (16) MIT-  
TARELLI, Annales Camaldulenses, t. I, appen-  
dix, p. 92-94; M. FANTUZZI, Monumenti Ra-  
vennati, t. II, p. 38-39. — (17) T. e., p. 102. —  
(18) Historiarum Ravennatum lib. V, p. 266.

Mob.

sub  
Honesto.

Vitae  
S. Probi  
epitome.

A Mob. 3, 2. G<sup>a</sup>. a. c., saec. XVI exarati, sub hoc  
lemmate: In sancti Probi archiepiscopi et con-  
fessoris Ravennae Columbini (1). Nullius paene  
momenti est illa recensio, nec cum ceteris codicibus  
conferenda. Duobus tamen additamentis aucta est  
quae exscriberet operae pretium est. Prima lectio  
his absolvitur: postquam suae ad occasum vitae  
pervenit, angelica conspexit agmina. Qui post  
Proculum praedecessorem suum sanctissimum  
praesulem super se Spiritum Sanctum in co-  
lumbae candidissimae specie super caput suum  
visibiliter est contemplatus descendere. In lec-  
tione autem octava, ubi de sanctis episcopis Mar-  
ciano et Eleucadio, S. Apollinaris discipulis,  
dilectum erat, haec subiuncta sunt: Martianum  
quidam asserunt Cerdonae (lege Terdonae)  
martyrio coronatum, quod tamen minime cre-  
dendum est, cum contrarium Petri Damiani tes-  
timonio evidenter ex sermone tertio in beatissimi  
Apollinaris solemnitate appareat (2). Nam alius  
quidam dumtaxat martyr Martianus Cerdonae  
esse comprobatur, sed beati Martiani Apollinaris  
discipuli reverendum corpus, ut ex vetustissimis  
annualibus est legere, iacet in ecclesia beati Eleu-  
cadii, unde suspicio exorta est, cur cum aliis  
non inventus fuerit, ubinam esse credatur. Eleu-  
cadius vero ab Italorum et Longobardorum rege  
Aistulpho ad Ticinensem civitatem delatus est.  
Colligitur itaque aliorum sanctorum corpora us-  
que ad beatum Severum praeterquam beati Eleu-  
cadii apud Ravennates remansisse.

Fabula de columbae  
indicio.

9. Et primo quidem loco memoratur Ravenna-  
tium illa traditio de primorum duodecim episco-  
porum electione, quae a Spiritu Sancto in colum-  
bae specie apparente facta sit. Hanc Agnello, qui  
de solo Severo rem narrat, ignotam fuisse, iam  
notaverat Pererius (3), nec tale quicquam anonymus  
in Vita Probi protulit. Quae enim in mar-  
gine ad n. 11 habet codex Estensis, Agnelli non  
essè patet, sed ad modum glossae ab ipso librario

addita. De pia fabella, quam ex pictura male intel-  
lecta minus feliciter deduxit Muratorius (4), cum  
potius locus hagiographicus sit post alios plurimos  
S. Severo adhibitus, dein, vel fama crescente vel  
Agnelli sententia rem suggestente, ceteris episco-  
pis qui ante ipsum in cathedra Ravennensi se-  
derunt (5). Hinc est quod in officiis propriis  
sanctorum ecclesiae Ravennalis nuntiabatur  
die 10 novembris festum S. Probi archiepiscopi et  
confessoris a columba electi ac patroni minus  
principalis Ravennae, celebraturque sub rito du-  
plicis maioris, cum brevi lectione in secundo noctu-  
turno ex Agnello fere desumpta, addita mentione  
de caelestis columbae indicio, de munere pastorali  
diurno tempore administrato, de anno obitus  
175, de templo quod iuxta Classem ipse constru-  
xerat, de corporis translatione ad metropolitanam  
aedem ubi sub ara maxima honorifice conditum  
quiescit (6). Quaenam ex his vere dicta sint,  
quae autem reicienda, palam est. Celera quae ex  
codice Classensi adduximus, de S. Martiano egre-  
gie dicta sunt, ut suo loco ad Vitam S. Probi  
declarare conabimur.

10. Latrocinia hispanica quae fere cotidie in  
aliena calendaria grassantur pudet commemorari.  
Ne quid tamen desit eorum quae ad S. Probi me-  
moriam pertinent, laterculum Tamayi ad diem  
10 novembris exscribere iuvat: « Laminii apud  
Lybisosam in Hispania, S. Probi, qui adhuc sae-  
cularis gubernatoris ministerium in agro Lamini-  
tanico feliciter exercuit, ubi Xantippem sanctissi-  
mam feminam, uxorem duxit, cum qua a S. Paulo,  
gentium apostolo, ibidem fidem catholicam suscep-  
pit; postea Italiam reversus Ravennatum episco-  
pus factus, ibidem miraculis et doctrinis clarus in  
caelum confessor inelytus migravit (7). » His, quae  
cum Flavii Dextri figmentis cohaerent, subiun-  
xit: « Acta Lucii Sabini Probi, ex variis collecta. »  
Apage nugatorem.

AUCTORE  
H. D.

Probus ab  
Hispanis  
improbe  
vindicatus.

C (1) Libellum nobis descripsit v. cl. S. Berni-  
coli, cui maximas gratias habemus. — (2) Ser-  
mones de S. Apollinaris in operibus S. Petri Da-  
miani editis non reperiuntur. — (3) Act. SS., t.  
c., p. 400, num. 10. — (4) Rerum italicarum  
scriptores, t. I, 2, p. 527. — (5) De his fuse F.

## VITA S. PROBI

E codicibus Estensi V. F. 19 (= E), Vaticano lat. 1190 (= R), et Bruxellensi 8936-38 (= B).  
Cf. Comm. praev. num. 5.

### Vita <sup>1</sup> beati Probi archiepiscopi Ravenna- tis <sup>2</sup>.

Sancti nomen, 1. Et primo de nomine. Probus, id est pro  
bonis vigilans semper, vel pius rector in omnibus  
bene viventibus vel omnibus bonam vitam ser-  
vantibus, vel protector bonus <sup>1</sup>, vel procurator

beneficiorum verae salutis, vel probatus vitae  
sanctitatis <sup>2</sup>.

2. Probus, septimus Ravennatum praesul <sup>1</sup>, elegium  
mitis et pius, clarus in specie, fulgidus in opere, ex Agnello.  
sapiens eloquii, prudens corde, plenus gratia  
Spiritus Sancti. Quicumque languidus ad eum  
venire potuisset, suis orationibus salvus rever-

Lemma. — <sup>1</sup> incipit vita E, R. — <sup>2</sup> (arch.  
Rav.) confessoris R.

1. — <sup>1</sup> bonis E. — <sup>2</sup> capitulum 1 om. R.

2. — <sup>1</sup> presulum R.

-tebatur

## VITA

tebatur quacumque fuisset infirmitate detentus. Et spiritus immundos expulit atque catervatim corpora sauciata vel dissoluta solidabat. Postquam suae ad occasum vitae angelica conspexit agmina, statim<sup>2</sup> elapsa est de corpore anima IV idus novembris. Deinde cunctus<sup>3</sup> lugendo<sup>4</sup> populus cum nimia corpus eius reverentia sepelivit et sepulchrum illius apud nos veneratur usque in praesentem diem<sup>5</sup>. Illius vero<sup>6</sup> ecclesia sita est in partibus orientis et in nullis ecclesiis infra civitatem Ravennae et Clasim<sup>7</sup> missa super populum celebratur nisi in ista sola<sup>8</sup>. Aedificata est iam vero<sup>9</sup> dicta basilica iuxta ardiam beatae Euphemiae<sup>10</sup> quae vocatur Ad Mare quam nunc demolitam esse videmus.

De tanti autem<sup>11</sup> gloria viri, ut eius meretur dignitas, nostra exigua ad ipsius magnitudinem non sufficit facultas, illius siquidem inenarrabilis, ut inferius Christo largiente patebit iugiterque patet, bonitas nostram expergescat et de sidiam, atque veridica os implebit facunda<sup>12</sup>.

Eius  
basilica sub  
Maximianu  
no;

3. Beati igitur antistitis ecclesiam Probi suo quam ipse sancto celebrem in corpore statuit, venerabilis pontifex Maximianus (1) devotissime eius honore construxit, devote quo<sup>1</sup> apparatu musivi exterius decoravit (2) ibique sub altare eius sarcophagum statuit<sup>2</sup>, adhibitus<sup>3</sup> ipsius duobus ordine sociis, <quos<sup>4</sup>> una cum eo, ut oportuerat, decenter tumulo posuit; sed ut nemo praeterea sollicitetur, addimus<sup>5</sup> quod<sup>6</sup> aliunde eorum studiose corpora sanctorum sustulit, eaque una sub omnipotentis Dei ara, ut praediximus, collocavit; sed de sociis ambigunt specialiter quo, dum vivent<sup>7</sup>, fungerentur nomine. Pro certo tamen creditur quod<sup>8</sup> ex eius omnimodo ordine extiterit<sup>9</sup>. Autumant denique nonnulli Aderitum<sup>10</sup> fore et Calocerum (3), quos nempe ut venerabilem Probum veneramur. Utrum ipsi sint neene nec inficimus<sup>11</sup> nec affirmamus. Almus<sup>12</sup>, quem praediximus, pontifex Maximianus ad sanctorum celebranda munia<sup>13</sup>, celebrima statuit indefesse diversorum clericorum agmina<sup>14</sup>, eorum quatenus obsequiis sancti pro delictis exorarent ad Dominum populi, dicente<sup>15</sup> C igitur quibus gestis plurimis salutem a diversis languoribus eorum precibus sunt adepti.

<sup>2</sup> sancta add. R. — <sup>3</sup> cunctis E., corr. R., prius cunctus. — <sup>4</sup> lugendum, corr. prius lugendum R. — <sup>5</sup> et add. R. — <sup>6</sup> om. R. — <sup>7</sup> Clasim ne E. — <sup>8</sup> (et in - sola) om. R. — <sup>9</sup> om. R. — <sup>10</sup> Eufemiae R. — <sup>11</sup> om. R. — <sup>12</sup> facunda E.

3. — <sup>1</sup> diversoque R. — <sup>2</sup> statu///it R. — <sup>3</sup> adhuc E. — <sup>4</sup> om. E. R. — <sup>5</sup> ad inde E. — <sup>6</sup> qui R. — <sup>7</sup> adviverent R. — <sup>8</sup> quia R. — <sup>9</sup> extiterunt R. — <sup>10</sup> adheritum R. — <sup>11</sup> utrum sed si (manu rec.supra lin.) ipsi sunt nec inficimus (corr. et B inficiamus) R. — <sup>12</sup> alius E. — <sup>13</sup> numina

(1) Maximianus sedit ann. 546-556. Cf. *Act SS.*, Febr. t. III, p. 293-94. — (2) AGNELLUS, *Liber pontif.*, XXVII, in Maximiano: «Corpus vero beati Probi, cum ceteris sanctorum pontificum corporibus, iste sanctus vir aromatis condidit et bene locavit, et in fronte ipsius ecclesie beati Probi et Eleuchadi et Caloceri effigies tessellis variis decoravit, et sub pedibus <noimina?> eorum inventietis.» TESTI RASPONI, *Codex pontificalis*, t. I, p. 199-200. Ecclesiam S. Probi a Maximiano constructam esse anonymus noster nullo iure asserit. — (3) Eleucadio, non vero Aderitum, una cum Probo sub altari reconditum fuisse a Maximiano ex Agnello aperte deducitur. De Eleucadio siletur, quia eius corpus ab Ais-

4. Interea, succendentibus aliquantis post<sup>1</sup> Maximianum temporibus, praesules divino nutu fuisse, quo usque ad<sup>2</sup> benignum ventum est Sergium (4), virum popularem, qui summi sacerdotii inflatus ex laico suscipiens, divina tamen praecelta pura sinceraque<sup>3</sup> custodivit voluntate. Hic tandem beati Apolenaris ecclesiam monachorum ordine<sup>4</sup>, quae canonicorum<sup>5</sup> prius constabat, cum coenobitarum<sup>6</sup> officinis statuit (5), multaque ibidem praedia cum utriusque sexus familiis reliquit. Sed nobis absurdum quod permisceri<sup>7</sup> canonicorum ordinem videtur, quia<sup>8</sup> activam summo tenus peragunt vitam, cum coenobitis, qui coenosam, videlicet mundanam spernentes vitam, si veri coenobitae sunt, contemplativam caelestem <amplectuntur<sup>9</sup>>, scilicet properant summis<sup>10</sup> ad patriam studiis. Eo tam tempore uterque ordo sedulas laudes conditori nostro digne referebant Deo. Ad beatorum igitur Probi ac Eleuchadii (6) ecclesias canonicorum indefessis<sup>11</sup> ordo excubii divina impendebat<sup>12</sup> officia, simulque etiam cum coenobitis Dei seorsum pergebat obsequiis in beati ecclesias Apolenaris<sup>13</sup>.

5. Protelante vero per curricula tempore labentia Valerius primi apicis Ravennatis ecclesiae suscepit officia (7), qui super aram sanctissimi civorum, ut ipsius meretur Probi dignitas fieri iussit, atque diversos<sup>1</sup> parietes<sup>2</sup> variis<sup>3</sup> coloribus decoravit <et<sup>4</sup>> utraque, scilicet coenobitarum canonicorumque instaurans officia, fideliter<sup>5</sup> suo tempore, Deo ubique annuente, dispositus cuncta. Ad probra tandem lubraque utrique tempore delapsi vergente ordines Deum exorabilem reddiderunt inaudibilem. Sancta namque eius<sup>6</sup> statuta a priscis patribus edita profanando, dilectionem odio permutando<sup>7</sup>, pacem iurgio, castitatem nefario coniugio, largitatem tenacitatis vinculo, praedia ad peregrinorum sustentationem largita turpissimis scortis eorum natis diversis ingenis largiendo, Deum, ut diximus, exorabilem cum praedecessoribus<sup>8</sup> nostris et eorumque<sup>9</sup> sequentes nequitas reddidimus inaudibilem. Tunc Agarenorum gens a suis elapsa finibus, sive Sclyainorum<sup>10</sup>, ut plerique aiunt sancta<sup>11</sup> beati Apolenaris cuncta conculcantes,

E. — <sup>14</sup> // agmina R. — <sup>15</sup> ita E. dicent R.

4. — <sup>1</sup> corr. in ras. R. — <sup>2</sup> ab R. — <sup>3</sup> et sincebra R. — <sup>4</sup> ordinum E. — <sup>5</sup> corr., prius canonicorum R. — <sup>6</sup> zenobitarum E et ita saepius. — <sup>7</sup> permisit R. — <sup>8</sup> qui R. — <sup>9</sup> MURATORI; om. E. R. — <sup>10</sup> summus E. — <sup>11</sup> corr., prius defessus R. — <sup>12</sup> inpendebat R. — <sup>13</sup> ita plerisque E. R.

5. — <sup>1</sup> divers E. R. — <sup>2</sup> // parietibus R. — <sup>3</sup> variisque R. — <sup>4</sup> MURATORI; om. E. R. — <sup>5</sup> feliciter R. — <sup>6</sup> om. E. — <sup>7</sup> B, om. E. R. — <sup>8</sup> predecessoribus R. — <sup>9</sup> Sclyavonarum R. — <sup>10</sup> plerisque a. sancti E.

argenti

A argenti tam confessionis quam <sup>11</sup> civorii <sup>12</sup> ornamenta auferentes, omnia annullantes, ad propria repedarunt (1). Post hos saevi <sup>13</sup> cernentes <sup>14</sup> sancta prophanari, christiana <sup>15</sup> praedia, quae inopum alimentis largita fuerant, dempserunt, reliquaque iugiter vastantes, omnia ad nihilum reddiderunt. In hiis enim pressuris atque angustiis nullus ex omnibus [se] toto nisu conamineque Deo adhaesit, sed magis magisque ad peiora delapsi publice cuncta sunt illicita <sup>16</sup> perpetrati. Coenobitae, quibus fas non est ulli osculum praebere <sup>17</sup>, monasterium flocci pendentes, mulierum <sup>18</sup> consortis utentes, queaque poterant a fratribus monasterii auferentes, nefarisi illicitisque natis, consortis <sup>19</sup> etiam sibi caris ferebant latenter. De nostro etiam magis silentum fore reor ordine quam aliquid proferre, † ut ego † cum in eodem sese nequiter lutu voluntabre <sup>20</sup> inserit sedule. Interea ipsa, quae verbo tenus ore latrante officia agere soliti erant, die noctuque <sup>21</sup> per hebdomadas saepe deserentes, inhiando <sup>22</sup> saccularibus, opera dantes extra se, ecclesias cum monasterio dimittentes, redactae <sup>23</sup> sunt ut <sup>24</sup>, pro dolor, piratarum <sup>25</sup> speluncae. In tantum <sup>26</sup> hoc adelevit flagitum ut monasterii <sup>27</sup> officinae fierent caulae pecudum <sup>28</sup>, sanctorum denique multodum <sup>29</sup> a <sup>30</sup> christianis venerata studio corpora ab incolis <sup>31</sup> aliquando forent <sup>32</sup> spreta. Postmodum <sup>33</sup> indocti et nescii infra eorum septemta <sup>34</sup> sternebant cubilia, sectatoresque ferarum secum illic accubare faciebant canum, permittenibus custodibus praefectisque <sup>35</sup> saevis, agmina. Per omnia <sup>36</sup> ab incolis <sup>37</sup> ecclesia beati Probi devenerat obliterata statutis obsequis, numquam privata tamen <sup>38</sup> divinis. Inter haec saeva portenta, nonnulli conati sunt auferre sanctorum <sup>39</sup> corpora. Sed omnipotens Deus non permisit ab eisdem frustrari urbem Ravennam <sup>40</sup>, quamquam <sup>41</sup> non propriis meritis; a quibus tamen servatur precibus sanctis non ambigo, sed firmiter credo, malle <sup>42</sup> illos ad ipsius <sup>43</sup> tutelam manere urbis, ubi geniti <sup>44</sup> et alti ad postremum spiritum, exaltati <sup>45</sup> si illuc officia sunt digne suggesta illis, quam alicubi a quoquam <sup>46</sup> deferri.

*sub Petro.* 6. Hoc autem iunior quartus curriculo temporum <sup>1</sup> apostolorum qui <sup>2</sup> utebatur antistes <sup>3</sup> nomine principis Ravennatum pontificalem prae-sulum regebat ecclesiam (2). Hic saepius abbatem cum subditis monuit monasterii beati Apolenaris ut sanctorum Eleuchadi et Probi ecclesiis statuta inferrent officia temporibus singulis. Hos quoque nec blandimenti ad hoc studium

*S. Probi  
corpus*

provocare valuit <sup>4</sup> nec terroribus saepe cum flagris inclinavit. Idem talia cernens, exhibito <sup>5</sup> clericorum optimatumque urbis consilio, nisus est beati Probi corpus, ut Deo annuente perficit, infra urbis deferre <sup>6</sup> ecclesiam. Nonnulli tamen quasdam opponentes hiis qui talia ges-sissent, contrarietas, antistes tactus formidine, hiis negotiis noluit interesse, quas ideo, ne taedium auditoribus inferrent, omisimus referre in-clita narrationis magna prolixitate. Non solum se, sed <sup>7</sup> alios, quos magno opere firmabat <sup>8</sup>, diligenter <sup>9</sup> antistes subtrahere <sup>10</sup> voluit. Sed Dei praedestinatio omnipotens in hiis gestis et <sup>11</sup> omnibus praevaluit.

7. Igitur pridie kalendas februarii, quibus hoc Deus quod gestum est congregatus <sup>1</sup> dignatus est pandere, aliquantis ex omnibus pene ordinibus clericis, ad ecclesiam ut ambigu devenire beati Apolenaris, ab eisdem ibi multa cum gemitibus et lamentis fusa prece, hoc conceptu <sup>2</sup> rigore ad Sancti Probi ecclesiam pervenire <sup>3</sup>. Hui dum irent, quidam monachorum retulit uni Nathinaeo-<sup>E</sup> rum (3) quam vidit, visionem. Aiebat <sup>4</sup> enim: « Vidi te hac in somnis nocte ad ecclesiam sancti nostri institutoris <sup>5</sup> Apolenaris venire et ab eadem tres ingentes libros <sup>6</sup> magnis apicibus exaratos auferre; sed aliquantos ibi sinebas <sup>7</sup> librorum apices. » Quod ut Nathinaeus audivit, magno tripudio exultavit, secum tamen referens multumque voluntas <sup>8</sup> quod a monacho <sup>9</sup> audiverat <sup>10</sup>. « Confido, inquit, in Domino, quod hodie nostrum ad effectum perveniet <sup>11</sup> votum. » Non medocriter hic satagebat Nathinaeus sancti Probi ut infra moenia duceretur corpus, fidens quia <sup>12</sup> erat labore pro hoc ab eo consequi emolumen-tum. Ad eamdem <sup>13</sup> autem iam saepedicti beati Probi ecclesiam <sup>14</sup> devotissime cum venimus <sup>15</sup>, humo prostrati multas Domino preces obtulimus, ut dignaretur complere, si sibi libitum nostrum foret votum. Erecti tamen multa inter nos contulimus, quid gerendum esset de tam tremendo actu, igno-rantes ubi sacrum corpus iaceret <sup>16</sup> humatum. Aiebant <sup>17</sup> quidam quod non talia auderent inchoare, quia caementiarum ignorabant artes <sup>18</sup>, ne dum incaute <sup>19</sup> lapides tractarent magis ad F damni cumulum quam ad augmentum esset <sup>20</sup>. Idem, qui supra, concito <sup>21</sup> cursu equitem pro caementario Nathinaeus direxit, sociosque ta-men circumquaque fodiendo incitavit, ut desiderabilem Deus suis donaret thesaurum famulis. Arrepto itaque <sup>22</sup> quidam imbecillium sacerdotum sarculo, circa aram circumquaque pergebat fo-

<sup>46</sup> quodam R.

6. — <sup>1</sup> temporis R. — <sup>2</sup> que E. — <sup>3</sup> antistitis R. — <sup>4</sup> voluit E. — <sup>5</sup> a debito R. — <sup>6</sup> deferri R. — <sup>7</sup> et add. supra lin. R. — <sup>8</sup> se add. E; si R. — <sup>9</sup> diligere R. — <sup>10</sup> subtrahere antistes R. — <sup>11</sup> (et) ut in R.

7. — <sup>1</sup> congregatus E. — <sup>2</sup> conceptu R. — <sup>3</sup> permanere E. — <sup>4</sup> agebat R. — <sup>5</sup> institoris E. — <sup>6</sup> libro R. — <sup>7</sup> sinebat E. — <sup>8</sup> voluptas E. — <sup>9</sup> ad monaco E. — <sup>10</sup> audierat R. — <sup>11</sup> pervenit R. — <sup>12</sup> qui R. — <sup>13</sup> eadem E; edem R. — <sup>14</sup> om. R. — <sup>15</sup> convenimus devotissime R. — <sup>16</sup> lateret R. — <sup>17</sup> algebant R. — <sup>18</sup> artem R. — <sup>19</sup> inchaute E; incautos R. — <sup>20</sup> essent R. — <sup>21</sup> concitu E. — <sup>22</sup> om. R.

praev. num. 6. — (3) 1 Esdr., 7, 7, 24.

-diendo

(1) De his MITTARELLI, Annales Camaldulenses, ad ann. 927, t. I, p. 29-31. — (2) Comm.

## VITA

diendo. Alii lapides mirae magnitudinis digno<sup>23</sup> elevabant studio, sed minime reperiebant<sup>24</sup> caputum thesaurum. Hic<sup>25</sup> autem qui sareculum parvitate virium gestabat, sacerdos circumquaque, ut diximus<sup>26</sup>, circa<sup>27</sup> aram<sup>28</sup> fodiebat, laterinum lapidem percutiens, exiguum latenter<sup>29</sup> sub altare foramen aperuit arcae. Quo<sup>30</sup> viso altaris<sup>31</sup> mensam cum<sup>32</sup> sacerdotibus quibusdam renitentibus submovimus magno laetantes gaudio. Inferiorem cum columnellis, quibus mensa fulciebatur, lapidem sustulimus, ad arcae operimentum sanctorum nomina invocantes devenimus. Quod ingens operimentum inscia mens hominum non aestimabat<sup>33</sup> sine discrimine levari<sup>34</sup> posse per<sup>35</sup> hos qui intererant homines, a decem viris Deo<sup>36</sup> allubescente<sup>37</sup> sublevatum est facile.

*cum aliis  
duobus  
repertum;*

B **8.** Hiis gestis omnipotens munere, industria sine caementiariorum, adest prae magnitudine imbrium humidus magister latomorum, qui talia<sup>1</sup> ab insciis imbecillisbusque etiam gesta cernens viris, una nobiscum Dei magnalia glorificavit. Cernuo universi qui aderant intro vultu aspicientes, viderunt vas ligneum iam inferiori parte in aliquantis carie prae vetustate consumptum, superiore tamen integrum. Quod aperatum<sup>2</sup> triu<sup>3</sup> ibi humata cernunt corpora sanctorum, duo simul, tertium ligni interpositione sequestratum. Inter se quoque innumeras agitantes, quia nihil annotationis vel inscriptionis reperebant, qui essent<sup>4</sup>, quo nuncuparentur in saeculo, dum adviverent, nomine. Aestimabant tamen, qui aderant, sequestratum<sup>5</sup> beatum fore Probum, unitos<sup>6</sup> sanctos Adheritum et Calocerum. Summa igitur cum devotione sanctorum corpora ex arca sustulerunt cum ligneo vase. Ibi aliquanta reliquerunt ex beatorum cadaveribus, ob<sup>7</sup> illorum commemorationem, linteamina circum vas, cupitumque thesaurum diligenter, ut competebat, nectentes institis<sup>8</sup>, reposuerunt omnia super sedem antistitis. Visio tunc<sup>9</sup>, quam coenobita Nathinaeo retulerat, ad liquidum est completa. Illico, ut diximus, quia enormitas<sup>10</sup> erat nimia imbrium, coeli serenitas emicuit ad purum. Hoc pius<sup>11</sup> Dominus ostendere dignatus est pro suis sanctis primum fidelibus miraculum. Tanta<sup>12</sup> denique inundatio fuit praeterito pluviarum mense, ut pene omnis ad morem annis<sup>13</sup> inundaretur ecclesia<sup>14</sup>. Sed mox ut horum<sup>15</sup> delata sunt e tumulo corpora sanctorum, serenitate perspicua, ut exaratum est, emicuit caelum. Quidam<sup>16</sup> nimia febre corripitur, Moyses<sup>17</sup>

*reliquiae  
sublatae,*

<sup>23</sup> corr. digne, prius digno R. — <sup>24</sup> (s. m. r.) om. R. — <sup>25</sup> hui E. — <sup>26</sup> (ut d.) om. R. — <sup>27</sup> iuxta R. — <sup>28</sup> ut diximus add. R. — <sup>29</sup> latensis R. — <sup>30</sup> qui R. — <sup>31</sup> altari R. — <sup>32</sup> in marg. R. — <sup>33</sup> estimabant E. — <sup>34</sup> iuuari E. — <sup>35</sup> corr., prius pe R. — <sup>36</sup> Deo viris R. — <sup>37</sup> allubescentes R.

**8.** — <sup>1</sup> tallam E. — <sup>2</sup> (superiore - apertum) om. R. — <sup>3</sup> in, quoque R. — <sup>4</sup> esset E. — <sup>5</sup> qui erat sequestratus E. — <sup>6</sup> uniti E. — <sup>7</sup> ad R. — <sup>8</sup> institutiis E. — <sup>9</sup> om. R. — <sup>10</sup> inormitas R. — <sup>11</sup> ipsis R. — <sup>12</sup> tantaque E. — <sup>13</sup> annis E. — <sup>14</sup> innundarentur ecclesie R. — <sup>15</sup> horis E. — <sup>16</sup> etiam add. R; in add. E. — <sup>17</sup> Moyses R. — <sup>18</sup> ad E. — <sup>19</sup> Severum beatum R. — <sup>20</sup> sequen-

(1) S. Severus etiam kalendis ianuarii martyrologio inscriptus est, sed perperam. Agnellus, Liutolius in *Vita S. Severi* (BHL. 7681-82)

nomine; monachorum mox hortatu plurimorum, D nostrorumque, ut sanctorum ferculum ad gestandum tetigit, omnium membrorum sanitatem recepit. Deo nostro ardua laudes sanctisque voce, ut competebat, extulit. Tunc cum hymnis laudibusque sacris beatorum corpora ad Sancti Apolenaris delata sunt ecclesiam. Illic a<sup>18</sup> discipulis digna cum fletibus ac lamentis modulata sunt carmina. Inde ad comparem beatum Severum<sup>19</sup>, cuius sequentem<sup>20</sup> festa diem<sup>21</sup> radabant<sup>22</sup> (1), cum ingenti properavimus<sup>23</sup> laetitia<sup>24</sup>. Peractis<sup>25</sup> rite missarum solempniis aë vespertinis, ob laborem refocillata sunt corpora cibis. Sed ne a clandestino quid fure raperebatur de sanctorum cadaveribus, debito custodita sunt honore a christianis fidelibus. Vergente quoque sole, nox<sup>26</sup> stellis fulgentibus dedit indicium, quam per magna<sup>27</sup> horarum spatia digne Deo sanctisque eius modulantes insomnem<sup>28</sup> deduximus. Titane denique radiante, perfecta sacra missarum solempnitate, sanctorum, sublata<sup>29</sup> corpora, digno cuncti<sup>30</sup> cum obsequio E cordeque contrito pergebant Ravennam.

Occurrit omnis populus mirum<sup>31</sup> ad tam spectaculum<sup>32</sup>; *Ravennam deductae*  
veste praeclarus fulgida gestabat lumina. Adolescentum<sup>33</sup> cuneis discrete cum iuvenibus seorsum et femineus aderat sexus; plurimus<sup>34</sup> hos<sup>35</sup> cum singultibus inter<sup>36</sup>, ut mos<sup>37</sup> est senilium<sup>38</sup>; chorus namque sacerdotum digne laudabat<sup>39</sup> Deum<sup>40</sup>. Suffusa præsul facie retro<sup>41</sup> lacrimis, tegmine indutus venit, ostendens quanta geregat in mente; dapsilis cibis<sup>42</sup> inopum tribuendo munusculum affuit quoque ipse tunc levamen pro patre<sup>43</sup> pauperum. Stravit se totum illico cernua mente in humo. Effusis dignis precibus supplex surrexit protinus. Tunc imperat ut ardua sonent<sup>44</sup> voce micantia F excelsi poli sidera dulcisona per carmina.

Interea coepit, ut<sup>45</sup> præsul dixerat, cum carminibus itinere, per diversos civitatis concurrebat<sup>46</sup> uterque sexus additus summa cum devotione. Quantus illuc<sup>47</sup> lacrimarum excrevit ex fausto omne<sup>48</sup> rivos, sermo nequirit<sup>49</sup> centeno explicare gutture humanus.

ti R. — <sup>21</sup> dum E. — <sup>22</sup> irradabant R. — <sup>23</sup> properaverimus R. — <sup>24</sup> leticiam E. — <sup>25</sup> paratis E. — <sup>26</sup> om. E. — <sup>27</sup> magnam R. — <sup>28</sup> insompe E. — <sup>29</sup> sunt add. E. — <sup>30</sup> cantico E. — <sup>31</sup> aureum R. — <sup>32</sup> haec ad modum solutae orationis scribit E. — <sup>33</sup> adolescentum E; adhulescentum R. — <sup>34</sup> plurimorum E. — <sup>35</sup> inter add. R. — <sup>36</sup> om. R. — <sup>37</sup> mox E; moris R. — <sup>38</sup> senilium E. — <sup>39</sup> laudabant E. — <sup>40</sup> dominum R. — <sup>41</sup> tetro R. — <sup>42</sup> sibi E; ibi R. — <sup>43</sup> pro ptre E; propter R. — <sup>44</sup> pulsent R. — <sup>45</sup> (c. ut) cernerent corr. rec. R. — <sup>46</sup> concurrebant R. — <sup>47</sup> illi E; ibi R. — <sup>48</sup> homine E, R. — <sup>49</sup> nequirit E; nequid R.

et anonymous noster ecclesiae Ravennatis usum testantur.

*et in  
Ursiana  
basilica  
deposita.*

9. Ad Ursianam igitur cum omni pervenisset <sup>1</sup> devotione ecclesiam (1). ut destinaverat, sanctorum ibi praesul iussit <sup>2</sup> reponi corpora. Sic tandem universi ad singula redierunt hospitia. Refectis denique cibo corporibus, qui supra reversus est ad Ursianam <sup>3</sup> praefatam ecclesiam Nathinaeus, sanctorum cernens non <sup>4</sup> ut decebat, locata corpora, nisus <sup>5</sup> est cum quodam sacerdote, transferre ubi sibi visum melius fuerat. Sed cum levare ea conatus est, vires quia non decenter, ut oportuerat, egit, corporis <sup>6</sup> defecere. Qui meliori roboratus igitur consilio semetipsum redarguit. Cum praedicto sacerdote spiritualia <sup>7</sup> Deo sanctisque suppliciter carmina cecinit. Talia tandem dum agerent, sanctorum prece vires corporis rediere, sicque illorum sublata ab eis corpora, ut vix pondus <sup>8</sup> sentiret mole <sup>9</sup> ex

*Varia  
miracula;* pristina <sup>10</sup>. Eodem quippe momento quadam mulier, Perpetua nomine, oleum cum vitro vase eisdem misit, ob immensem, quem patiebatur, corporis languorem: cui mox praestiterunt <sup>11</sup> validissimam ex corporis incommodo sanitatem <sup>12</sup>. Si cuncta quae praestiterunt sanitatis <sup>13</sup> indicia referre cupimus, nox <sup>14</sup> ante <sup>15</sup> extremum tellus officium reddet quam ordinabilis <sup>16</sup>. ea <sup>17</sup> referamus <sup>18</sup>. Quanti vero a febribus quantisque <sup>19</sup> adversis <sup>20</sup> corporis <sup>21</sup> languoribus eorum precibus <sup>22</sup> sanitati sunt restituti <sup>22</sup> eloqui non valimus. Communi namque praesulis ac <sup>23</sup> omnium decreto ex proconsilio illis <sup>24</sup> est constructum lapidibus in praefata dudum ecclesia <sup>25</sup> mausoleum, quod <sup>26</sup>, dum strueretur, nostri quidam sanguinis particeps, cum immensem pateretur febrium ardorem, nihil haesitans, sed firmiter credens, venit. Cementarios <sup>27</sup>, quibus indigebant, ministravit; finito opere ab infirmatis onere <sup>28</sup> se ob illorum merita sanum erexit. Tertio autem martii nonas illorum felicissimo pro honore a Bononiense praesule (2) dedicatum est studiosissime perfecteque altare, ubi <sup>29</sup> eorum suffragia suppliciter ab omnibus cernua exposcitur <sup>30</sup> mente.

10. Quia extrinsecus collata beneficia a sanctis retulimus, quae intrinsecus nobis largita sunt, silere non debemus. A caris videlicet viris <sup>1</sup>

cernitur, quid <sup>2</sup> de perceptis <sup>3</sup> beneficiis gratis <sup>4</sup> ministrantibus non largitur. Decimo kalendas maias languor aurium <sup>5</sup> me immensus irrepit <sup>6</sup>, non dolorem intulit, auditum sed pene exemit. Magis enim verba ex oris cognoscebam figura mentis aurum attributo <sup>7</sup> officio. Et si forte auribus eius, qui circa me loquebatur, verba sensisse, ita mihi videbatur <sup>8</sup> ut paries muri a me dividere <sup>9</sup> loquentem. Nocte igitur sequentis diei, ad sanctorum corpora exiguo cum munere me totum detuli, quibus egebam <sup>10</sup> devotissime rogavi. Ad ipsius diei horam tertiam, adhibito hirundinum medicamine (3), ipsis <sup>11</sup> intervenientibus, aurum officia recepi ex integro. Domino mox laudes ipsique mente cernua detuli, ac postremum <sup>12</sup> me in illos totum inieci ita ut nullus, dum advixero, praeteriet dies, quin cupiam memet ab eisdem meo studio faciente fulciri.

11. Post horum quartu vel quinto die evocationem sanctorum, nostro cuidam vir <sup>1</sup> quidam <sup>2</sup> Urbano astitit, honorabilis vultu, canitis decoratus visu, qui dictis <sup>3</sup> eundem informaverat talibus: « Satis plane peregistis <sup>4</sup> iuste, qui sanctorum non permisisti <sup>5</sup> esse corpora divina sine functione <sup>6</sup>; quinque sed <sup>7</sup> alios sisivisti <sup>8</sup> ibique qui non ab eis, quos <sup>9</sup> detulisti <sup>10</sup>, existunt inferiores. » Haec <sup>11</sup> quae praediximus, Urbanus cum retulisset <sup>12</sup>, praesulis pervenerunt multorum relatione <sup>13</sup> ad aures, secumque volvere coepit, qui essent <sup>14</sup>, quos Deus taliter <sup>15</sup> decrevit manifestare. Accitis ecclesiarum ordinibus, quid de praedicto sciens siscitatus est visu. Sed per iam <sup>16</sup> saepius nominatum cognovit <sup>17</sup> Nathinaeum beati Apolenaris fore discipulos, sicut in gestis repererat Ravennatum praesulum (4). Praecipue tamen haec se nosse <sup>18</sup> asserebat quod <sup>19</sup> in beatissimi agone <sup>20</sup> Apolenaris viderat exaratum esse quod Aderitum <sup>21</sup> et Calocerum praedictus pontifex et athleta presbyteros ordinasset, Marcianum et Eleuchadium philosophum diacones statuisse, sex etiam clericos promovisset cum quibus die noctuque Domino psalmos cantaret <sup>22</sup> (5). Marcianus vero post pontificalem infulam ecclesiae Ravennatis <sup>23</sup>, Terdone <sup>24</sup> martyrio coronatus est (6). Eleuchadius autem ab

*Visio  
Urbani.*

E

F

om. R. — <sup>9</sup> videre R. — <sup>10</sup> agebam E. — <sup>11</sup> ipsius E. R. — <sup>12</sup> postmodum R.

11. — <sup>1</sup> viro R. — <sup>2</sup> om. R. — <sup>3</sup> dictus E. — <sup>4</sup> peregisti. — <sup>5</sup> quod s. n. permisisti R. — <sup>6</sup> facione E. — <sup>7</sup> se R. — <sup>8</sup> sinistis E; sinisti R. — <sup>9</sup> quod R. — <sup>10</sup> detulisti R. — <sup>11</sup> hoc E. — <sup>12</sup> detulisset R. — <sup>13</sup> relationes R. — <sup>14</sup> esset E. — <sup>15</sup> talii (?) E. — <sup>16</sup> vim R. — <sup>17</sup> om. E. — <sup>18</sup> seriose E. — <sup>19</sup> quia R. — <sup>20</sup> agonis E. — <sup>21</sup> Adheritum R. — <sup>22</sup> ubi sunt corpora Marciani et Eleuchadii archiepiscoporum Ravennate electorum per columbam spiritu sancti E in marg. prima manu, — <sup>23</sup> ecclesiae Ravennae (prius Ravennae) R. — <sup>24</sup> idoneo in marg., uerdone R; tandem MUTORI.

(1) Ursiana ecclesia, a conditore nuncupata (AGNELLO, XVII), hodieum ecclesia cathedralis est. — (2) De Petro Bononiensi nuncupato, lego AMADESI, *In antistitum Ravennatum chronotaxim disquisitiones*, t. II (Faventiae, 1783), p. 91-107. — (3) Sententia admodum obscura. De usu hirundinis in medicina ut describitur a PLINIO, *Hist. nat.*, 29, 37, 30, 21, vix cogitari potest. — (4) Id est in Agnello. — (5) *Passio S. Apollinaris* (BHL, 623, n. 7). — (6) De Marciano Ravennate dein Terdonensi episcopo et martyre Novembri Tomus IV.

61 Ytalorum

acris controversia exarsit, quam paucis exponit F. LANZONI, *Le origini delle diocesi antiche d'Italia*, p. 477-78. Nil tale ab antiquis traditum erat. De Marciano haec habet AGNELLO, IV: « Et beatissimo Apolenare una cum prudentissimo Eleucadio diaconus ordinatus est, sicut in Passione ipsius ordinatoris reperitur, ut ait: Marcianum nobilissimum virum, Eleuchadium diaconem consecravit. Post plura miracula in pace Deo creatori animam reddidit. Unde arbitratus sum quod in ecclesia beati Eleucadii sepultus

## VITA

Ytalorum<sup>25</sup> rege Aistulpho<sup>26</sup> ad Ticinensem delatus est civitatem (1). Ex qua re manifeste colligitur <quod<sup>27</sup>> ex decem praeditis discipulis<sup>28</sup> octo apud Ravennates<sup>29</sup> corpora remanserunt quorum nomina haec sunt: Aderitus<sup>30</sup>, Calocerus, Proculus, Probus, Datus, Liberius, Agapitus et<sup>31</sup> Marcellinus<sup>32</sup> (2), quibus praeusu cognitis eumdem Nathinaeum cum primatibus quibusdam illiusque<sup>33</sup> affinibus civitatis ad horum corpora indaganda direxit. Quae strenue inquirentes in praedicta saepius beati Probi aede, duo multo tandem sudore sepultra repererunt diverso cum studio latentia ingenioseque apta et in altero horum tria, in altero duo humata videre corpora (3). Haec autem ex lignis, quia admodum vetustae erant, capsis abstractantes et in sindone condientes, Ravennam detulerunt multis cum hymnis magno gaudio exultantes. Sed quia<sup>34</sup> erat dies secundus Rogationis ante celebritatem dominicae Ascensionis, tota plebs cum ipso praeusu, ut praediximus, obviam venit nobis. Tunc quidam<sup>35</sup> infirmitate artatus, quam medici maniam vocant, dum sanctorum corpora ad Ursianam gestarentur<sup>36</sup> ecclesiam, a suis filiis valde furibundus ipsis est delatus, quos ut ei erat possibile, vorare morsu nitebatur. Sic tamen coactus usque ad praefatam<sup>37</sup> ecclesiam cum eisdem est perductus, istisque ac tribus prioribus multa vi est suppositus. Quamquam non illico,

Quinque  
sanctorum  
inventio.

ut conicimus<sup>38</sup>, sed affirmamus suo praepediente D delicto, esset<sup>39</sup> a languore eruptus, tamen non diu illorum precibus protelatum est tempus quod sanitati est redditus, quem nos satis modestum postmodum ac devotum ad praedictorum corpora sanctorum supplicantem vidimus. Hunc quoque<sup>40</sup> si bene valeret, percontati sumus, ita se agebat sanctorum non suo merito, prece, verecunda facie, Deo favente, sanum esse, ut nihil praeteriti languoris imbecillitate sentiret. Horum sed denique quinque corpora sanctorum nondum condita sunt humo; adhuc cum<sup>41</sup> sindone manent super quandam<sup>42</sup> cameram<sup>43</sup> involuta ecclesiae<sup>44</sup> subter testudine<sup>45</sup>.

**12.** Beati igitur Probi, cuius diem solempniter hodie celebramus, dum aliqua ex eius mirabilibus retulimus, per eiusdem socios immorando quamquam ex his deflorando<sup>1</sup>, valde ab eo digressi sumus. Nunc autem ad eius patrocinia redeamus, eumque omni nisu cum sociis deprecemur sicut patribus<sup>2</sup> nostris initia piae intulerunt praedicationis, sic pro nobis interveniant apud auctorem E et principem totius bonitatis, ut remotis, ipsorum interventu, ab eodem nostra digna paenitentia<sup>3</sup> facinoribus cunctis compotes esse valeamus gaudii<sup>4</sup> sempiterni; quod ipse praestare dignetur cuius regni maiestas<sup>5</sup> nec incipit nec desinit in saecula saeculorum. Amen.

Paraene-  
sis.

<sup>25</sup> habitualorum R. — <sup>26</sup> Austulfo E. — <sup>27</sup> suppl. om. E. R. — <sup>28</sup> discipulorum R. — <sup>29</sup> Rauenates E. — <sup>30</sup> Adheritus R. — <sup>31</sup> om. R. — <sup>32</sup> Marcellinus E. — <sup>33</sup> illiusque R. — <sup>34</sup> qui E. — <sup>35</sup> nimia add. R. — <sup>36</sup> gestaretur E; gestarentur R. — <sup>37</sup> prefactam E. — <sup>38</sup> comicius E. — <sup>39</sup> essent R. —

<sup>40</sup> que R. — <sup>41</sup> enim R. — <sup>42</sup> quandam R. — <sup>43</sup> uolta add. supra lin. E. — <sup>44</sup> ecclesia E. — <sup>45</sup> testudinem R.

**12.** — <sup>1</sup> (q. ex h. d.) om. R. — <sup>2</sup> cunpatribus E. — <sup>3</sup> plenitudine R. — <sup>4</sup> om. E. — <sup>5</sup> magestas R.

sit. » Iam saec. XVI hoc in re Vita Probi testimonio fides aperte denegabatur. Comm. praevenum. 8. — (1) Utique Aistulphus Ravenna Ticinum reliquias deluit quas S. Eleucadii esse sibi persuasit. *Liber de laudibus civitatis Ticinensis*, in *Raccolta degli storici Italiani*, t. XI (1903), pp. 18, 55. At vero eo tempore (749-756) S. Eleucadii corpus in propria ecclesia

non amplius quiescebat, quippe quod a Maximiano in ecclesia Sancti Probi collocatum fuisset (supra, p. 478, annot. 2), ubi et ab episcopo Petro inventum est. — (2) Reversa decem episcoporum corpora apud Ravennates remanserunt. — (3) Quae tunc inventa sunt, corpora Proculi, Dati, Liberii, Agapiti et Marcellini existimarentur.

C

F

## DE SANCTO MONITORE

EPISCOPO AURELIANENSI

H. D.

SAEC. V

1. *S. Monitorem recolunt hodie codices hieronymiani*: In Galliis Aurelianis civitate depositio beati Monitoris episcopi. Ita codex B. Monotoris scribit E, Munitoris W, nec minus corrupte ceteri: Amatoris, Monotoris, Montori, Mutoris, Nitoris (1), peius, ut opinor, ali, quos non habemus, et quorum lectio in depravatam illam Notarii abiit (2). Ut antiqua est sancti episcopi in ecclesia Aurelianensi veneratio, ita ieiuna sunt quae de ipso feruntur, egregie expressa in lectione II breviarii Aurelianensi anno 1701 recogniti: Mo-

nitor cathedram Aurelianensem sortitus est post sanctum Anianum: quo autem tempore sederit, non constat. Nihil de eo habemus nisi nomen, quod a pluribus saeculis in fastis Aurelianensis Ecclesiae scriptum reperitur. Cum autem Robertus, Francorum rex, constructum a se monasterium sancti Aniani, evocatis episcopis quamplurimi, solemnis dedicatione curaret consecrari, eiusdem sancti Aniani corpus cum corporibus sanctorum Euspicii, Monitoris, Flosculi et aliorum levavit, et cum magnifico apparatu in eccl-

(1) *Act. SS.*, Nov. t. II, p. [141]. — (2) Supra, p. 316.

-siam